


Gemming

Observa-  
tiones

1779







04  
OBSERVATIONES  
PRACTICÆ

DE

143  
REMEDIIIS CONTRA SEN-  
TENTIAS CELSISSIMÆ CA-  
MERÆ IMPERIALIS

IN CAUSSIS

PERSONARUM CAMERALIUM

No 1752<sup>h</sup> ELABORATÆ  
A


PHILIPPO ERNESTO GEMMING  
JURIS CAMERALIS PRACTICO.



WETZLARIÆ,

SUMPTIBUS, PHILIPPI JACOBI WINCKLERI, SEN. 1779.









## P R Æ F A T I O.

**P**er quinquennium, quod Wetzlariæ transigere fata concessere, ad ea potissimum Praxeos Cameralis capita attentus fui, quæ nec in collegiis nec ex authoribus, sed ex ipsis, quæ præstito prævie juramento pervolvere permissum fuit Actis Cameralibus haurire licet. Hac via incedens aliquoties animadverti à quibusdam Personis Cameralibus in causis propriis ad plenum celsissimæ Camerae Imperialis Senatum provocatum esse, quod quum reluctante Themide fieri mihi videretur, veritatis & exercitii grâtia has conscripsi Observationes, quas Benevolo Lectori ideo haud ingratas esse duxi, cum provocatio ad Plenum potissimum earum argumentum & materia sit, de qua altum apud Authores Camerales silentium est. Unus TAFINGER brevem quidem de ea mentionem facit *a)* eidemque locum esse negat: sed cum quasi

A 2

in

*a)* TAFINGER Instit. Jurisprud. Camer. edit postea §. 1099.



P R Æ F A T I O.

in transitu, paucisque, ut arctiores compendii alicujus limites exposcunt, de ea scripserit lineis, amplior quam hisce observationibus suscepi spinosæ hujus materiæ deductio superflua non erit. Quæ si forte ad omnium palatum haud fuerit, perpendant velim, quod hæc studiorum primitias elaboraturus non tritam hucusque viam ingressus sim, & materiam dilucidare tentaverim, quæ ad hunc diem à nemine ex professo ad incudem vocata sit.



CON-



# CONSPECTUS TOTIUS LIBELLI.

## OBSERVATIO I.

### DE CAUSSIIS CUR PERSONÆ CAMERALES AD NOVA JURIS REMEDIA ADSPIRENT.

- §. I. *Paucis ab origine annis contra Cameram gravamina mota sunt.*  
§. II. *Quibus ut obviam iretur Camera gravatis transmissionem Actorum  
Camerarum concedendam esse voluit ;*  
§. III. *Sed hujus loco revisio introducta est ;*  
§. IV. *Quæ tamen Camera non diu grata fuit , ideoque Procuratoribus  
eam interponere non leuit.*  
§. V. *Multo minus ergo Camerales in propriis causis hoc uti posse reme-  
dio , quibusdam visum est.*  
§. VI. *Ad alias igitur instantias nimirum ad ulteriorem supplicationem  
& provocationem ad Plenum se confugere posse existimarunt.*

## OBSERVATIO II.

### DE ULTERIORI SUPPLICATIONE ET ADJUNCTIONE SENATUS.

- §. VII. *Ex decretis processuum denegatoriis sæpe tantum , quantum ex  
definitiva , emergit præjudicium.*  
§. VIII. *Hoc tamen non obstante Advocati supplicas pro processibus negli-  
genter sæpe conceperunt.*  
§. IX. *Cumque hanc ob negligentiam processus sæpius denegarentur , con-  
cessa fuit ulterior supplicatio ;*  
§. X. *Dein alias ob causas adjunctio Senatus ,*  
§. XI. *Porro Correferentis constitutio & tandem recursus ad Visitatores.*  
§. XII. *Quæcum essent remedia in causis extrajudicialibus , Camerales se  
iis adversus sententias definitivas uti posse existimarunt , quia  
causæ earum etiam extrajudiciales essent ;*



## CONSPECTUS TOTIUS LIBELLI.

- §. XIII. *Sed cum in eo tantum cum causis vere extrajudicialibus conveniant, quod extra Audientiam tractentur,*  
§. XIV. *de cetero vero ejusdem ac judiciales naturæ sint,*  
§. XV. *Personis Cameralibus ea remedia non competunt, quæ tantum in causis vere extrajudicialibus locum habent.*

### OBSERVATIO III.

#### DE PROVOCATIONE AD PLENUM.

- §. XVI. *Porro Camerales vi æquitatis, analogiæ & observantiæ se ad Plenum provocare posse contendunt;*  
§. XVII. *Sed sola æquitas non sufficit ad concedendum remedium,*  
§. XVIII. *quod plane insolitum est.*  
§. XIX. *Nec analogiæ locus est,*  
§. XX. *quia provocatio ad Plenum non obscure legibus est prohibita, & provocatio ab eodem ab eundem esset,*  
§. XXI. *quod Argumentum defenditur,*  
§. XXII. *præsertim cum indecorum esset, si in una eademque causa ex uno eodemque judicio diversæ prodirent sententiæ.*  
§. XXIII. *Nec ex observantia provocatio ad Plenum probari potest,*  
§. XXIV. *Exempla enim adduci solita debitis ad probandam observantiam cavent requisitis.*  
§. XXV. *Probatum potius observantia in contrarium.*  
§. XXVI. *Nec obstat, quod Camerales sine hoc remedio deterioris ac extranei conditionis futuræ essent.*

### OBSERVATIO IV.

#### DE REVISIONE.

- §. XXVII. & XXVIII. *De odio contra revisiones*  
§. XXIX. *quas nec bodiedum Procuratoribus interponere licet.*  
§. XXX. *In propriis tamen causis Camerales hoc uti possunt remedio, id quod probatur*  
§. XXXI. *ex legibus*  
§. XXXII. *ex observantia*  
§. XXXIII. *& auctoribus.*

OBSER-





OBSERVATIO I.  
DE CAUSSIS, CUR PERSONÆ CAMERALES  
AD NOVA JURIS REMEDIA ADSPIRENT.

§. I.



Ab omni vituperio immunem esse nemini, minime vero judici datum est, qui ordinarie alterutram partium coram se litigantium sibi infensam reddit. Hinc tam frequentia contra iudices gravamina, quibus ipsi adeo Togati celsissimæ Camerae Imperialis Senatores ab ipsa supremi hujus Judicii origine expositi fuerunt. Etenim jam Anno 1512. civitas Coloniensis in causa se inter & fiscalem disceptata a Sententia Camerali ad Comitium Imperii recurrit ibique obtinuit, ut auditis prævie Camerae Deputatis acta denuo revidenda esse



esse decerneretur. a) Et Anno 1524, Marchio Baadensis, Dux Lotharingiæ varia contra Summum hoc Tribunal moverunt gravamina; quin imo Dux Baviariæ eo processit, ut illud plane recusaret. b)

§. II.

Quibus gravaminibus ut obviam iretur, & ut statuum erga Cameram fiducia conservaretur, celsissimum hoc Tribunal in specie in nominata superius causâ Bavarica petiit, ut ea de novo in præsentia Regimenti Imperii referretur; c) in genere vero, in casu, quo quisquam se Sententiâ Camerali gravatum existimaret trans-

- 
- a) Extractus Protocolli comitalis apud Perillustr. & celeberr. L. B. de HARPPRECHT Staatsarchiv 3ter Theil S. 108. Wither so haben die Stände das Concept K. Maj. auf Anroffen der Stadt Edln ans Cammergericht ausgangen, die fiscalische Handlung betreffend, vernommen, und dieweil K. M. und der Stände Rette die Geschichte der Stadt Edln, auch des Kammergerichts Gesandten, verhöret und der Stände Rette vür billich angesehen, und ermessen haben, daß zu nottürftiger Entschliesung dieser Sach zufürders gut und fürträglich sy, das zu samt vürbeschreven schriftlichen vürbracht die Acten besichtiget werden, wie darin gehandelt und worauf geurtelt sy 2c. das lassen ihnen die Stände auch wohlgefallen, halten dafür, daß solches den Sachen dienstlich und forderlich sy 2c.
- b) *Idem* l. c. 5ter Th. S. 55 56 & 57.
- c) Perillustr. L. B. de HARPPRECHT l. c. 5ter Th. S. 55. pag. 54. — Man wollte aber dennoch gehorsamst bitten, solche Sachen in Beyseyn des Regimentis nochmalen referiren zu lassen, des Vertrauens, daß man sie als fromme Ehr- und Recht- liebende Richter erfinden werde, die auch ihren Pflichten nach fernern Fürfahrens auf rechtlich der Parthejen Anrufen sich nicht zu enthalten hätten 2c. 2c.



transmissionem Actorum Cameralium ad unam duasve Universitates impartialis concedendam esse, suavit a).

## §. III.

Ipsius ergo celsissimi hujus Collegii suavit & instantia factum esse legimus, ut per Leges Imperii nimirum per Recessum Imperii de 1532. Remedio revisionis & Syndicatus locus daretur b).  
Imo

a) *Idem* c. l. §. 107. & allegatum ibi Adjunctum sub Nro. 34. sistens illos Articulos & dubia, quæ Visitatoribus à Collegio Camerali tradita fuerunt. Item diemil sich die Partheyen zu Zeiten beschweren, als sollten unrechtmäßige Urtheil eröfnet werden, auf daß dann niemand wider Recht und Gleich am höchsten Gericht verdrückt werde, soll den Partheyen wider die obbemeldter Gestalt ihres Vermeynens Urtheil ergangen, auf ihr Begehr, Anbring und Kosten durch die jährliche Visitatores vergunt und zugelassen werden, daß einer oder zweyen unpartheyischen Universitäten alle Gerichtsacten inbe-  
traumt würden, dieselbigen zu revidiren, und berührten Visitato-  
ren, ob wohl oder übel geurteilt, zum fürderlichsten es gesehn mag.  
Relation zu thun, doch daß nichts destoweniger mit Execution der  
gesprochen und erkannten Urtheil am Kammergericht, wie Recht,  
volnfahren und procedirt werde.

b) R. I. 1532. Art. 3. §. 16. & 27. — Ferner als Kammerrichter und Beysißer den Commissarien in ihren übergebenen zweifelhaftigen Articula angezeigt, dieweilen sich die Partheyen zu Zeiten be-  
schweren, als sollten unrechtmäßige Urtheil eröfnet werden; auf  
daß dann niemand wider Recht am höchsten Gericht verdrückt  
werde, gebühliches Einsehens zu thun u. u. haben wir auch Chuz-  
fürsten, Fürsten und Ständ diesen Puncten bestes Fleises erwogen  
§. 17. — Und — — Sehen, ordnen und wollen wir, wo einige  
Par-

B

Par-



Imo cum in his legibus modus in hocce remedio procedendi nondum satis definitus esset, Camera Imperialis, sex adhuc annis post hujus Reccessus confectionem accuratorem ejus determinationem desideravit, a) cum per hoc revisionis Remedium candorem suum & suam in judicando sinceritatem summopere commendari autumaret, id quod ex ipsis illius verbis præcedenti §. sub lit. a allegatis clare satis patet: daß man sie als fromme Ehr- und Recht- liebende Richter erfinden werde. b) Et LUDOLF ait: Tan-

Parthey hinfürther vermeint, daß sie durch Kammerichter und Beysiher beschwärt, und unrechtmäßig oder nichtige Urtheil, wider sie gesprochen und eröfnet, und derhalb Kammerichter und Beysiher gedächte zu syndiciren, daß denselben solchs zu thun, vermög unser Kaiserlich Recht zugelassen seyn soll &c. &c.

- a) Perillustr. L. B. de HARPPRECHT l. c. §. 186. & Adjunctum sub Nro. 79. lectu dignissimum.
- b) Auszug der Handlung des Kaiserl. Kammerichters durch des Kaiserl. Kammergerichts Beysiher auf beyd des 28 und 29ten Jahrs ausgeschrieben und verkündeten Sindicat &c. apud L. B. de HARPPRECHT l. c. 5ter Th. Adjunctum sub Nro. 79. — — Wiewohl auch niemand verständig anders achten kann, dann daß es gut wäre, daß des Kaiserlichen Kammergerichts Handlung und Urtheilen jederzeit durch füglich und richtige Wege und Mittel gerechtfertiget, und ob die gerecht oder ungerecht, und welcher massen sie geschaffen, geschätzt und geurtheilt werden mögen, und daß nicht der Partheyen halben, die sich dadurch beschwert zu seyn vermaßen, sondern auch zur Erhaltung des Gerichts Ehr und Verhinderung aller Verachtung: &c. &c. dann kein Zweifel ist, wo solche Rechtfertigung einmal vermög der Recht durch fromme, verständige, gelehrte, erfahrene und geübte Personen wirklich geschehen wird, es würden in des Kammergerichts Handlung solcher



Tantum abest, ut metuat vel subterfugiat Collegium Camerale Revisiones, ut potius integritatis suæ testimonia fuisse & futura existimet. Olim cum Annuæ essent Visitationes florentissimum fuisse Judicii Cameralis statum historiae testantur a).

## §. IV.

Decursu tamen temporis quo nescio contigit fato, ut supremum hoc Archidicasterium eandem quam ceu utilem & suaferat & experierat, revisionem, honori suo ac authoritati minus convenientem reputaret, ideoque Procuratores, cum debitam Augustissimo huic Judicio violare viderentur reverentiam, si vel minimum etiam in interponendo hoc remedio præstarent patrocinium, severe sæpius puniret, b) quinimo omnimodam tandem

B 2

ejus

---

cher Fleiß, Mühe und Arbeit, Ernst, Tapferkeit und Erbarkeit erfunden, daß auch Kaiserl. Majestät zc. zc.

a) Comment. System. Sect. II. §. 7. pag. 231. edit. de Anno 1741.

b) Sententia Cameralis in causa H. H. contra J. B. 4. Julii 1639. Ferner ist gegen Dr. N. N. wegen unzulässiger Production obanzeregter Schriften, vielen überflüssigen Receptirens, und daß er die höchste Justiz mit Approbation und Vertheidigung der angekünndigten Revision wider geleistete Eid und Pflichten taxirt und angegriffen, die Straf zweyer Mark löthigen Goldes in den Armen-Säckel unnachlässig zu bezahlen, hiermit vorbehalten. RÖDING Pand. Cam. L. 3. T. 61. §. 79.

Sic quo Camera Imperialis dictavit D. Goy d. 17. Julii 1741. die Strafe nach Ermäßigung, quia in causa Merode contra Volts per Recessum indicaverat, suum principalem Remedium revisionis interpositurum esse. TAFFINGER l. c. §§. 1037. n. g.



ejus abolitionem à celsissimo hoc Collegio desideratam fuisse, legimus *a*).

## §. V.

Cum itaque ne in aliena quidem causâ Revisionem interponere aut ejus saltem interpositionem notificare procuratoribus licuerit, non deerant Authores, qui adhuc magis absolum fore existimarunt, si personæ Camerales ingrati hujus Remedii interpositionem in propria causâ molituræ essent; & sic extraneis pessimo exemplo posthabiti erga celsissimum Camerae Imperialis Tribunal respectus præirent. Hoc Argumento suffulti quidam Authores *b*) evincere conati sunt, quod personis Cameralibus à Remedio revisionis eo magis abstinendum sit, quo certius esset, quod illud debitæ reverentiæ officiat.


## §. VI.

Quo factum est, ut Personæ Camerales, cum se ob metum violandæ, quam supremo huic Tribunali debent, reverentiæ inde,

- 
- a*) Considerationes Judicii Cameralis ad puncta in Conventu Deputationis de Anno 1643. deliberanda ad 6. & 7. *ibid.* es wäre wohl zu wünschen, daß die Revisiones möchten totaliter aufgehoben und abgethan werden.
- b*) Ex his sunt: 1) Consultissimus D. Consiliarius aulicus & Camerae Imperialis Procurator PHILIPP JACOB. RASOR in Dissertatione de Remedio revisionis adversus decreta extrajudicialia, quibus processus, speciatim vero appellationis in augustissimo Camerae Imperialis Judicio denegantur. Auctario §. 4. pag. 71.
- 2) Illustr. D. DE SCHELLWITZ Dissertat. inaug. de Remedio revisionis ex legibus Imperii & praxi Camerae Imperialis §. 7. qui vero, ut infra videbimus, postea ad alia abiit.



indecoro hoc revisionis Remedio destitutas crederent, conquere-  
rentur, se hoc modo deterioris ac infimæ plebis homines condi-  
tionis esse, cum his plures, Cameralibus vero unica tantum  
aperta esset instantia, & ad tollendum, quod se inter ac illos ob-  
versari putabant discrimen, alia via sibi incedendum esse credide-  
runt, & modo ad ulteriorem supplicationem & adjunctionem  
Senatus se confugere posse statuerunt; a) modo Plenum adeo  
celssissimi hujus Archidicasterii Senatum adire, & ab eo reforma-  
tionem latæ à Senatu aliis definitivjs præstituto Sententiæ postu-  
lare non dubitarunt; sed quo jure, quoque eventu videamus.



## OBSERVATIO II.

DE ULTERIORI SUPPLICATIONE ET AD-  
JUNCTIONE SENATUS.

## §. VII.

Varii sunt Decretorum, quibus in Camera processus, dene-  
gantur effectus, modoque majus modo minus partibus liti-  
gantibus afferunt præjudicium. Sic illi, qui Mandatum petiit,  
sed repulsam tulit, alia ut plurimum adhuc superest Citationis  
nimirum via, aut Austrægarum instantia; sed si citatio vel pro-  
cessus Appellationis denegati fuerint, supplicanti non raro tan-  
tum, quantum ex ipsa definitiva obtingit detrimentum, cum  
aliud suum persequendi remedium non superfit.

B 3

§. VIII.

---

a) Celebr. D. Rasor alleg. Diss. Auctario §. 4. Nro. 1. pag. 71.



## §. VIII.

Sed quantacunque etiam fuerint oriunda ex tali Decreto denegatorio præjudicia, partes tamen, aut earum potius Advocati *a)* olim debitam pro illis avertendis & declinandis diligentiam non adhibuerunt, sed factis habebant, si in supplicis pro processibus clientum suorum desideria narrassent, de eorum demonstratione aut deductione parum solliciti, cum post reproductos primum processus integram actionem *b)* & gravamina sua per libellum exponerent *c)*.

## §. IX.

Cum ergo judici sæpe nec de integra actione veroque illius fundamento, nec de gravaminibus ex generali desiderii propositione constaret, sæpius, etsi olim major in decernendis processibus obtinuerit facilitas, factum tamen est, ut processus nihilominus denegarentur, non ex quod fundamenta actionis vel gravamina prorsus exularent, sed quod ob negligentem supplica-

- 
- a)* Quod patet ex Memor. Visit. de 1562. §. 24. Als auch auf die Supplicationen, darinn um Citation und Mandata anelangt, vielmal keine Proceß wegen derselben Unförmlichkeit oder Unschicklichkeit erkannt, und doch da geschicklicher supplicirt, dieselbige erkannt werden mögten, und also die Partheyen propter imperitiam vel negligentiam Advocatorum rechtlos sehn müssen, so soll Kammerrichter jedesmal, wenn sie auf solche Supplicationen die Proceß nicht erkennen mögen, dennoch die abschlägige Decreta dermassen begreifen, damit der Supplicant, woran der Mangel, etwas abnehmen und begreifen möge.
- b)* Doctiff. & Celeberr. D. PUTTER. Introduct. in rem judicariam §. 184.
- c)* Idem c. I. §. 380.



plicarum pro processibus structuram, ea iudici haud innotescerent. Et quamvis partes supplicantes damnum, quod ex sua in deducendis fundamentis & gravaminibus sentiebant negligentia, non sentire videri potuissent, mitius tamen cum ipsis actum atque permissum fuit, ut obtento Decreto processuum denegatorio narrata supplicæ ulterius deducerent, iisque deductis denuo pro processibus supplicarent. Id quod vel nascente statim Camera connivente celsissimo hocce iudicio licitum fuisse patet, cum jamdum in Decreto communi de 17. Nov. 1539. §. 2. huic Remedio ulterioris supplicationis modus præscriptus sit, a) qui ceu qualitas entis sui existentiam præsupponit, ut tuto concludere possim, quod hæc ulterior supplicatio pro processibus jam ante præfatum Decretum commune Observantiæ natalitias suas debuerit. Cui Decreto communi reliquæ, quæ de hoc ulterioris supplicationis Remedio disponunt leges ceu basi innituntur. b)

## §. X.

Præter Remedium ulterioris supplicationis etiam Senatus adiunctionem in casu denegatorum processuum peti posse defenditur

- 
- a) Decretum commune de 27. Nov. 1539. §. 2. — Supplicationes novæ in casibus denegatorum processuum fiant cum horum, eorumque Decretorum adiunctione.
- b) O. C. 1555. P. I. Tit. 22. §. 3. C. O. C. P. I. Tit. 34. §. 3. — Desgleichen soll kein Procurator, oder Parthey von einem Rath in den andern suppliciren, sondern so einer, dem ein- oder mehrmal Proceß abgeschlagen, wiederum aus neuem Vorbringen und Ursachen, oder auf andere Weege suppliciren will, der soll solche Supplication in den vorigen Rath überantworten, auch die vorige Supplicationes mit ihren aufgeschriebenen Decreten übergeben,



ditur ex §. 78. R. I. de 1570. a) Et quamvis hic paragraphus, si secundum tenorem suum, & quod interpretaturo incumbit, cum antecedentibus §§. 75 76 & 77. nexum consideretur, satis superque indicet, adjunctionem Senatus in eo tantum casu obtinere, si diversitas præjudiciorum immineat, eumque in finem, ut æqualis omnibus administraretur justitia, neque quod alteri concessum est, alteri denegetur, permissam esse, b) per benignam tamen interpretationem hic paragraphus ad omnes caussas extrajudiciales extensus, hæcque extensio per observantiam stabilita esse vide-

---

a) R. I. 1570. §. 78. Alsdann auch wenig nußt, gute Satzungen zu machen, da denselben nicht nachgeseht, und aber an unserm Kammergericht, sowohl rühmlich als nöthig, daß zwischen des heiligen Reichs Ständen und Unterthanen in gleichen Fällen, gleich Recht und Proceß erkannt, und was einem mitgetheilt, dem andern nicht verweigert werde; so sehen, ordnen und wollen wir ferner, daß wenn hinführo in Ertheilung der Verweigerung der Proceß solche Ungleichheit in ebenmäßigen Fällen gespührt, und derhalben der Partheyen Anwald aus empfangenem Befehl, weiters um gebetene Proceß mit Anregung des herkommenen Styls, oder gleich erkannter Proceß in gleichen Fällen, suppliciren würde, soll Kammerrichter, oder in dessen Abwesenheit der Amtes Verweser, zu solcher andern Supplication nicht allein die vorige, sondern noch mehr als sechs oder acht, des herkommenen Styls erfahrne Beysißer deputiren, so darüber erkennen und mit Fleiß darob sehen sollen, daß Gleichheit gebraucht, und einem jeden gleich gebührlich Recht mitgetheilt werde.

b) De hoc tantum casu hunc paragraphum loqui credunt RÖDING Pand. Cam. L. 3. T. 2. §. 22. & 87. BLUM Proc. Cam. T. 64. §. 90.



videtur. a) Ita ut adjunctio Senatus hodie peti possit, quoties Decretum denegatorium emanat, etsi per illud nulla inducatur præjudiciorum diversitas.

## §. XI.

Præter duo hæc remedia adversus Decreta processuum denegatoria etiam constitutionem correferentis peti posse, ex adducto in antecedenti paragrapho Concluso Pleni patet. Imo his omnibus frustra tentatis, gravatos ad Visitatores Camerae recurrere posse ex §. 79. R. I. de 1570. defendit Dominus RASOR cit. Diff. §. 48. & 49. Hic paragraphus etiam duntaxat in casu emergentium diversorum præjudiciorum Recursum ad Visitatores permittit, si nempe per adjunctionem Senatus hæc præjudiciorum diversitas nondum sublata sit, sed cum præcedens §. 78, qui adjunctionem Senatus concedit, per benignam interpretationem indistincte adversus quæcunque Decreta denegatoria extensus sit, etiam hunc extensum esse statuo, cum illius accessorium sit, & sic pari cum principali ambulet passu. De extensiva hujus Sphi Interpretatione testatur præjudicium, quod durante Visitatione novissima contigit, quæ supplicantem prævio Juramento ad Jura pauperum admisit, & brevi manu adversus lapsum fatalium restituit.

---

a) Vid. Conclusum Pleni de 6. Dec. 1750. — Revisioni à Decretis processuum in Specie adpellationis, denegatoriis, locum non esse, salva tamen parti prætense gravatæ ulterioris supplicationis pro processibus decernendis via, salvaque eo in casu Directorii circa adjunctionem plurium Dominorum Assessorum aut Correferentis pro re nata dispositione.



stituit. a) Erant porro, qui ne quatuor quidem his Remediis contra Decreta processuum denegatoria contenti erant, sed insuper Revisionem à se interponi posse existimarunt, his tamen conatibus strenue obviam ivit laudatus sæpe Dominus Consiliarius aulicus RASOR, qui in allegata superius Dissertatione tam ex legibus quam ex observantia solidissime deduxit, quod adversus Decreta processuum denegatoria Revisioni locus non sit.

### §. XII.

Quæcum sint remedia adversus data in causis extrajudicialibus Decreta denegatoria Personæ Camerales ea sibi in causis suis per sententiam definitivam decisis attribuere eo minus dubitarunt, quo certius esset, causas suas extrajudiciales esse. Sed quam infirmo hoc Argumentum nitatur talo, statim apparebit.

### §. XIII.

Audientia in supremo Camerae Imperialis Tribunali proprie est iudicium, & hinc, quidquid in ea tractatur judicialiter, quæ extra illam proponuntur, extrajudicialiter fieri dicuntur b). In hoc unica latet ratio, cur causæ personarum Cameralium extrajudiciales nuncupentur, quod eæ extra audientias sine prolixitate judiciali pertractari consueverint c) Hæc unica est, quam causæ per-

---

a) Decretum Visitationis d. 7. Oct. 1768. Supplicantem Rochum du Mortier & Consortes, prævia præstatione Juramenti ad Jura pauperum admittimus, quo præstito eosdem contra lapsum fatalium brevi manu in integrum restituimus.

b) TAFFINGER I. c. §. 741.

c) Hæc causæ, si magni momenti fuerint, nonnunquam judicialiter



personarum Cameralium cum aliis causis extrajudicialibus habent convenientiam, a) de cetero enim magna inter illas est differentia.

§. XIV.

Multis enim nominibus causae vere extrajudiciales à causis personarum Cameralium differunt. Nam Decreta in causis extrajudicialibus exarari solita ordinarie non nisi audita una parte b) sententiae vero in causis personarum Cameralium audita utraque parte feruntur. Illa praecedere debet tantum aliqualis Demonstratio, has probatio & submissio. Illa emanant è Senatu quatuor Dominorum Assessorum, qui numerus Senatum, ut vocant, extrajudicalem constituit, & vi Conclusi Imperii de 1775. adhuc duobus Dominis Assessoribus augendus est, si causa Statum Imperii concernat; Sententiae vero in causis personarum Cameralium ferendae sunt à Senatu aliis definitivis praestituto, cui sex, & si, quod Deus faxit, numerus Dominorum Assessorum vi Conclusorum Imperii de Annis 1720. & 1775. octo membris Auctus fuerit, octo Domini Assessores interesse debent. De-

C 2

creta

---

ter tractatae sunt, testante DECKHER Vind. T. 26. Nro. 16. BLUM T. 26. Nro. 16.

- a) De LUDOLF l. c. §. 8. pag. 72. ait: De ea distinctione Processus qui est inter personas Camerales, dicere non est opus: quia nihil differt à reliquis causis, nisi quod termini sint arbitrarii, omniaque extrajudicialiter, hoc est extra Audientiam publicam tractentur.
- b) Dixi ordinarie, quia mihi informationes exigi solitae opponi potuissent; quae in causa sunt, cur dici possit, quod nonnquam etiam Decreta extrajudicialia audita utraque parte ferantur.



creta non transeunt in rem judicatam, non publicantur; sed Sententiæ quæstionis vim rei judicatæ nanciscuntur & in Cancellaria publicantur. Quæ si attentius animo volvamus, convicti erimus, quod causæ personarum Cameralium nonnisi nominis sono extrajudiciales, re ipsa vero ejusdem ac judiciales nature sint; quod effata Senatuum in hisce causis veræ Sententiæ definitivæ ideoque nonnisi Remedio revisionis, vel Restitutionis in integrum rescindendæ sint, & hoc certe in causâ est, cur Judiciales — extrajudiciales audiant. Nec obstat, quod in iis celerior obtineat præcedendi modus, quod non expediantur processus, quod sententiæ non in Judicio (Audientia) publicentur; in omni enim processu summario, qualis est processus in causis personarum Cameralium *a)* omissis solennibus atque ambagibus, & observatis solummodo essentialibus proceditur, nec tamen erit quisquam, qui jurium vel parum gnarus latis in tali causâ summaria sententiis valorem veræ sententiæ definitivæ aut effectum rei judicatæ denegare auit.

### §. XV.

Cum ergo sententiæ quæstionis sint veræ sententiæ definitivæ, apertum est male ad earum rescissionem ea adhiberi remedia, quæ nonnisi reformationi Decretorum extrajudicialium vim rei judicatæ nunquam nanciscendum applicari fas est. Ulteriori ergo supplicationi & adjunctioni Senatus in causis personarum Cameralium locum esse nego, ideoque in duobus reliquis Remediis constituendi Correferentis, & provocationis ad Visitatores negativam eo facilius amplecti possum, cum sint priorum correlata & iiscum vel subsistant vel corruant. Tunc enim Correferentis


---

*a)* R. V. 1713. §. 70.



DE ULTERIORI SUPPLICATIONE ET ADIUNCTIONE SENATUS. 21

referentis constitutio locum, habet, si vel ulterius supplicetur vel Senatus adjungatur, & Recursus ad Visitatores tum demum pater, si prævia ulteriori supplicatione & adiunctione Senatus implorantium desideriis nondum satisfactum & processus denegati sint.



OBSERVATIO III.

DE PROVOCATIONE AD PLENUM.

§. XVI.

Minoris multo ponderis, aut nulla potius sunt, quæ pro coloranda ad Plenum provocatione afferri possunt, argumenta. Æquum enim, inquit, est, ut personæ Camerales, cum ipsis per Revisionem refugium quærere ex deductis in limine harum observationum rationibus haud liceat, alia ejus loco habeant remedia, ne deterioris ac extranei conditionis sint, & hac æquitate, Analogia ac observantia, ut credunt, suffulti ad Plenum Camerae Imperialis Senatum sese provocare posse defendunt.

§. XVII.

Æquum quidem esse, ut Cameralibus tot ac aliis competant instantiæ, lubens fateor, non exiguum sane plurium instantiarum esse beneficium perspectum habeo, cum quotidiana vix non omnium judiciorum praxis nos edoceat, quod sæpissime qui in altera instantia succubuerit, in altera victor abeat. Idquod necessaria diversarum, quibus Jurisconsulti innutriti sunt, opinionum sequela est, ita ut alex plenissima res sit sententia.

C 3

Hæc



Hæc æquitas unicum pro concedenda ad Plenum provocatione Argumentum est, quod in Comitibus quidem, ubi per novas leges novæ introduci possunt instantiæ, attendi mereretur; sed quod ab ipso Camera Imperialis Dicasterio novæ instantiæ introductionem petant, nullo jure mihi fieri videtur. Novi quidem illi, donec in Comitibus vel Visitatoribus aliud placuerit, in emergentibus vel circa processum, vel ipsas causarum decisiones dubiis & diversis Jurisconsultorum opinionibus, interimistica quandam speciem potestatis legislativi competere, ita, ut quidquid Pleno Senatui tali in casu visum fuerit, à tota Camera observandum sit. a) Sed quam eximia etiam fuerit Camera præ aliis iudiciis hac in re prærogativa, eam tamèn Cameralibus intuitu introducendæ novæ instantiæ nullatenus præsidio esse contendo. Hæc enim facultas condendi Senatusconsulta & Decreta communia se tantum ad aliqualem, ut ita dicam, authenticam Ordinationis aliarumque legum interpretationem extendit, nec tanta est, ut vi illius Camera inauditum plane & insolitum remedium introducere valeat, quod tamen fieret, si provocationi ad Plenum locum dare veller, cujus admissio verum in praxi Camerali Phænomenon esset. Nunquam enim directè, sed tantum indirectè & si nimirum peracta aliquoties adjunctione paria semper vota emergerint causa justitiæ ad Plenum defertur, non ut causa quæ decisa jamdum est, ibi denuò & aliter decidatur, sed ut lis, quæ ob paritatem Votorum indecisa remansit, ibi tandem dirimatur. Omnes quidem Sententiæ Camerales, si conceptæ fuerint, ante publicationem in Pleno adhuc semel præleguntur, sed illud non fit,

---

a) R. I. N. §. 94. O. C. 1555. P. 2. T. 36. C. O. C. P. 2. T. 38. pr. R. V. N. §. 14. R. I. 1570. §. 76. & 77. C. O. C. P. 1. T. 16. §. 5. R. D. 1557. §. 2. C. O. C. P. 2. T. 38. §. 1.



fit, ut materialia, sed ut formalia sententiæ, si forte stilo Camerali minus convenient, corrigantur.

## §. XVIII.

Aliud dicendum esset, si in quibusdam saltem casibus provocatio ad Plenum obtineret, & dubium duntaxat esset, an non vi benignioris interpretationis id remedium etiam ad causas personarum Cameralium extendi posset, tunc enim desumpto forsitan ex Analogia argumento Cameralibus hæc Provocatio concedi potuisset.

## §. XIX.

Sed duplici ex ratione Analogiæ hoc in casu locum esse nego. I.) Analogia enim est argumentum, quo decisio legis vel observantiæ ad alium casum lege non comprehensum ob rationis vel indolis negotiorum similitudinem applicatur. Cum vero nullus plane casus detur, in quo provocatio ad Plenum licita sit, eam remedium voco, quod non existit, & quod ideo ad alios casus applicari nequit, quum non entis nullæ sint qualitates, & quod non existit, extendi nequeat II.) Analogia est tantum applicatio ad casum in lege non comprehensum, & qui præter legem est, non vero est applicatio ad casum in legibus prohibitum. Quod vero provocatio ad Plenum celsissimæ Cameræ Senatû in legibus Imperii non obscure prohibita sit ex sequenti paragrapho clare elucescet.

## §. XX.

In Ordinatione Camerali a) expresse dispositum est, neutri par-

---

a) C. C. 1555. P. 3. T. 51. — Wir ordnen, sehen und wollen auch, daß



partium à lata in supremo Camerae Imperialis Tribunali sententia ulterius aut appellare aut supplicare permissum sed duntaxat reservatum esse, ut, qui se tali Sententiâ gravatos existiment, consuetis solummodo Remediis revisionis & syndicatus uterentur. Et in Capit. Cæs. Art. 16. §. 16. a) graviter inculcatur, ne, quod in Judicio Aulico vel Camera Imperiali in Judicio contradictorio cum debita causæ cognitione servatoque ordine disceptatum & terminatum fuerit, de novo sub cognitionem vocetur, nisi vel Revisionis vel Syndicatus remedium interpositum fuerit. Quinimo leges Imperii à provocatione à Senatu in Senatum tam vehementer abhorrent, ut eam nequidem in causis extrajudicialibus contra Decreta processuum denegatoria permittant b) ubi tamen,

---

daß von den Urtheilen am Kaiserlichen Kammergericht ergangen und ausgesprochen, kein Theil weiter zu appelliren oder zu suppliciren Macht haben solle: ob aber einige Parthey sich durch die Urtheil des Kaiserlichen Kammergerichts beschwehrt zu seyn vermeinet, dem soll gegen Kammerrichter und Beysitzer den Weeg der gemeinen Recht und hernach gesetzter Ordnung, von der Revision und Syndicat fürzunehmen, zugelassen und vorbehalten seyn.

- a) Capit. Cæs. Art. 16. §. 16. — Was auch einmal in erstgedachtem unserm Reichshofrath oder Kammergericht in Judicio contradictorio, cum debita causæ cognitione ordentlicher Weise abgehandelt und geschlossen worden ist, dabey soll es förderst allerdings verbleiben, und nirgend anderst, es seye dann durch den ordentlichen Weeg der in oftermeldtem Friedensschluß beliebter, und nach dessen Art. 5. §. quoad processum judicarium anstellender Revision oder Supplication von neuem in Cognition gezogen werden.
- b) C. O. C. P. I. T. 34. §. 3. — Desgleichen soll kein Procurator oder Parthey von einem Rath in den andern suppliciren, sondern  
so



tamen, cum non transeant in rem judicatam, facilius materia quædam de novo sub cognitionem vocari potest. Quæ leges cum provocationi ad Plenum è diametro oppositæ sint, Camera vi memoratæ superius interimistica potestatis legislativiæ eo minus contra earum prohibitionem nominatum sæpius remedium concessura erit, cum hoc modo leges non interpretaretur, sed prorsus mutaret, quod ipsi expresse prohibitum est. a) Accedit, quod quæ à singulis Senatibus deciduntur, eundem habeant vigorem, ac si, ut in adolescentia hujus judicii in omnibus causis contigit, à toto Collegio, seu pleno, ut vocant, Senatu decisa fuissent, ita ut positio TAFINGERI l. c. §. 1099, quod Senatus omnia Pleni nomine faciat, fundamento haud destituatur, & non incongrue inde concludi possit, quod Recursus ad Plenum vera provocatio ab eodem ad eundem esset, quæ jure communi jamdum prohibita est.

## §. XXI.

Allegatæ supra positioni Taffingerianæ: quod Senatus omnia faciat Pleni nomine opponitur, quod stance ea nequidem adjunctio Sena-

---

fo einer, dem einz oder mehrmalen Prozesse abgeschlagen, wiederum aus neuem Vorbringen und Ursachen, oder auf andere Wege suppliciren will, der soll solche fernere Supplication in den vorigen Rath überantworten etc.

- a) R. V. N. §. 14. — Da man auch bisher wahrgenommen, daß obbemeldtes Kammergericht die Ordnung und andere Reichsstatuten durch gemeine Bescheide je zuweilen geändert; als wird demselben hiemit anbefohlen, disfalls furohin nicht weiter als gedachte Ordnungen und Reichsstatuten in gewisser Maaß erlauben zu gehen.

D



Senatus fieri possët; sed quum hæc præter casum restitutionis in integrum & emergentium parium tantum in causis vere extrajudicialibus, quæ ordinarie una tantum parte audita tractantur & in rem judicatam non transeunt, fieri solet, & ipse plenus Senatus, si moris esset, tales causas vere extrajudiciales coram eo ventilari, ad ulteriorem supplicationem Decreta sua corrigere & mutare possët, constat, quod hæc positio frustra ceu erronea impugnetur, & abunde elucescit, per eam non nimium sed id tantum probari, quod Plenum latus à singulis Senatibus sententias æque parum ac suas reformare possit. Non obstat quod Restitutio in integrum vera provocatio ab eodem ad eundem, & nihilominus legibus permissa sit, nam si ad interpositam restitutionem in integrum facta adjunctione Senatus prior sententia reformetur, tunc id non fit, quia male pronuntiatum & à judice erratum est, sed quia factum male propositum fuit, & petens Restitutionem in integrum fatetur, quod judex bene pronuntiaverit, sed aliter pronuntiaturus fuisset, si, quæ post sententiam producuntur nova, scivisset. Ex quo nulla in judicem reduntat ignominia; si vero prætenfa Provocatio ad Plenum admitteretur ibique sententia Senatus reformaretur, absque dubio pronuntiandum essët: quod in Senatu male pronuntiatum, bene provocatum, ideoque sententia illius reformanda sit, & Senatus erroris argueretur.

## §. XXII.

Nec immerito leges talibus provocationibus tantos obices ponunt, exiguus enim in supremum hoc Imperii Tribunal honor reduntaret, si cives Imperii ex uno eodemque judicio contrarias prodire viderent sententias & malos revera de justitia sibi formarent



rent conceptus, quod tamen in ipsis patriæ nostræ legibus indecorum habetur. a)

## §. XXIII.

Alterum pro defendenda provocacione ad Plenum argumentum quærunt in observantia allegando causas. 1) Lavarini contra Levici. 2) Illustr. D. Consilarii intimi & Cameræ Imperialis Procuratoris de Zwirlein Senioris de 28. Nov. 1771. ad causam des Taxeinnehmers Appellus wider das Gotteshaus Arnspurg, und die gesammte Graffschaft Münzenberg. 3) D. Doctoris & Procuratoris Mainone in der Bolleßischen Vormundschafts-Sache, in qua causa d. 4. Febr. à Pleno decretum est: läßt man es bey den Unordnungen Senatus Tutelaris lediglich bewenden. In omnibus his causis ad Plenum provocatum esse volunt, sed antequam ipsum horum quæ prætendunt, præjudiciorum examen aggrediar præmonendum esse duxi, quod attendi debeat, non an ad Plenum provocatum, sed an talis provocatio admissa sit, de quo ultimo frustra quæsieris præjudicium.

## §. XXIV.

Dilucidemus nunc prætensa hæc quæ allegari hinc inde solent præjudicia. Status primæ causæ Lavarini contra Levici hic fuit: Dominus Procurator Ruland occasione interpositæ contra

D 2

tra

---

a) R. I. 1570. §. 75. — Diweil aber an unserm Kammergericht durch vielfältige Veränderung der Beyßßer, auch dessen alter wohlbekannter Stilus und Brauch zu bevorab in Erkennung der Proceß zu vielmalen geändert, und darneben große Ungleichheit in vielen Sachen gebraucht wird, welches unserer Kaiserlichen Justizien zumalen verkleinerlich, auch den Ständen und Partheyen hoch beschwerlich etc.



tra Decretum processuum denegatorium Restitutionis pie defunctum Dominum Assessorum à Summermann recusavit, & intuitu hujus recusationis ad Plenum provocavit, sed d. 24. Martii 1772. decretum Pleni obtinuit, vi cujus ejus petita ceu intemptive post decisam jamdum causam exhibita, & non demonstrata denegabantur. Cum itaque non de ipsa causa, sed de recusando solummodo illius judice quaestio fuerit, in aprico est, eam pro probanda provocatione ad Plenum frustra allegari. Recusatione enim, quod ad Plenum deferri possint, in Recessu Visitationis novissimo §. 67. expresse stabilitum est. In secunda causa, quæ nequidem in Pleno proposita fuit, Sportulæ protocollares objectum litis fuerunt, & hinc in ea parum pro deducenda exinde observantia, latet solatii. In tertia causa non aderat sententia definitiva, sed alia in materia tutelari dispositio, quod ex ipsis verbis Conclusi Pleni eruitur: läßt man es bey den Anordnungen Senatus Tutelaris lediglich bewenden.

## §. XXV.

Melioris notæ sunt, quæ in contrarium præsentæ hujus observantia allegare possum recentissimæ in memoriam exempla. Primo enim Domini Procuratores Camerae & Consilarii Aulici Loskant & Haas decreto quodam Senatus, quo alicujus domus subhastatio adjuncta fuit, se gravatos sentientes ad Plenum convocarunt. Facta dein adjunctione Senatus d. 30. April 1774. Conclusum est: daß Lto Haas sein Gesuch puncto provocationis ad Plenum in solchen Proceßsachen als unstatthafft ernstlich zu verweisen sey. Inde querelas suas ad Visitationis tunc florentem Senatuum deferre consultum duxerunt de eo conquesti, quod & ad Plenum provocatio & revisionum in causis propriis interpositio Cameralibus denegaretur. Petiit institutam desuper in Camera deliberationem, &



& ad incudem prætenſa iſta gravamina revocavit Viſitatio in Seſſione 865. d. 9. Sept. 1774. Quumque nonnulli Statuum legati concedendam eſſe ſecundam quandam præter reviſionem inſtantiam autumarent, alii vero diſſentirent, ſuadente Moguntino graviffimæ hujus quæſtionis inveſtigatio ad ulteriorem eamque ſeparatam deliberationem remiſſa fuit, deciſa ſolummodo ſecunda, de qua infra pluribus agemus. Secundum exemplum hoc eſt: Illuſtr. & celeberr. D. Conſiliarius intimus & Camera Imperialis Procurator Joh. Ferd. Wilh. de Brandt brevi ab hinc tempore in cauſſa ſua contra Perilluſtr. Dominum Aſſeſſorem de L'Eau, poſtquam publicata ſententia ſe gravatum eſſe crediderat, ad Plenum provocavit *a)* ſed repulſam tulit. Ex his itaque apparet obſervantiam forenſem Auguſtiſſimi Camera Imperialis judicii provocationi ad Plenum eſſe contrariam. Quumque poteſtas legiſlatoria interim iſtica iſti Tribunali competat, ejuſdem obſervantiæ tamdiu ſtandum eſſe, donec norma, quam ſibi definiendam Viſitatores reſervarunt, demum inſequatur. Et ponamus, hoc argumentum quod ſine remedio provocationis ad Plenum perſonæ Camerales deterioris multo ac infimæ plebis homines conditionis futura eſſent, in favorem perſonarum Cameralium & ad concedendam provocationem ad Plenum admittendum eſſe, præcipue cum Viſitatores non quotannis ut olim conveniant, ſed per luſtra exſpectentur, & hinc Reviſio, eo quem Revidentes exinde ſperant, careat effectu, an non Status Imperii, aliique immediati, qui vel ob defectum requiſitæ ad beneficium auſtrægarum dignitatis & Privilegii, vel ob qualitatem cauſſæ auſtrægarum

D 3

garum

*a)* Videatur divulgatum ab eo impreſſum ſub rubro: Unterthänigſte Berufung an das höchſtpreiſſlichen Kammergerichts vollen Rath exhibitum d. 18. Dec. 1776.



garum destituuntur beneficio, imo & mediati, immediatorum adinstar se habentes eodem, imo majori quam Camerales jure ad illud Argumentum provocare & vi illius Remedium provocationis ad Plenum prætereundum possent, præsertim cum Status qui vel Electorali vel Principali fulgent dignitate majori multo quam Camerales, pondere illud argumentum urgere possent, quod iniquum foret, eos, si causæ qualitas austrægas respiceret, deterioris ac infimæ plebis homines esse conditionis, & hinc nova ex inopinato emergeret instantia, cujus ad hunc diem & leges & observantia Cameralis nesciæ fuerunt.

## §. XXVI.

Ultimum quo personæ Camerales hac in re utuntur Argumentum est, quod sine hoc remedio deterioris ac extranei conditionis futuræ essent, sed habent sane quo se consolentur, si ponderent, quod ipsi adeo status, si forte causâ ad Austrægas qualificatâ non sit, vel qui beneficio austrægarum destituuntur, haud plures habeant instantias, & quod personis Cameralibus, majora adhuc circa processum competant beneficia, cum causæ earum summarie ommissis litis ambagibus, ac breviori longe spatio & ventilentur & terminentur; & dimidiam tantum exsolvere teneantur taxam. Id quod eo majori fiduciâ assero, cum mihi persuaserim Cameralibus Remedium revisionis non esse denegandum, quod sequenti observatione probandum suscipio.



OBSER-



OBSERVATIO IV.  
DE REVISIONE IN CAUSSIS PERSONARUM  
CAMERALIUM.

§. XXVII.

**I**n prima observatione jam ostendi Revisionem ipsius Collegii Cameralis suafu introductam, & ab eo petitum fuisse, ut Acta ad unam duasve Universitates transmitterentur. Comprehendere ergo non licet, quo fato factum sit, ut ea exposit minus grata evaderet. Forsan ideo minus arrisit, quia ab initio, sub odioso syndicatus, qui semper dolum sapit, nomine comprehensa fuit, cum primæ leges solummodo syndicatus mentionem faciant. a) Etsi enim Camera ipsa introductionem Remedii alicujus contra sententias Camerales summopere optaverat, & per R. I. de 1532. §. 16. & 17. ad ejus instantiam tale Remedium introductum fuerat, syndicatus tamen, sub quo comprehensum erat, nomine nullatenus contentum erat summum hoc Archidicasterium, sed statim de indecoro hoc nomine conquestum est. b)

§. XXVIII.

---

a) TAFFINGER I. c. §. 130.

b) Perillustr. L. B. de HARPPRECHT I. c. 5ter Theil Nro. 79. pag. 380. Von Beschweriß des Syndicats — So befindet sich doch, daß derselbig Artikel, von dem Syndicat geordnet, in viel Wegen dem gemeinen Kaiserlichen Recht widerläuft, auch nach Ordnung desselben nicht wohl gebraucht oder practiciret werden mag, und wo das Sindicat dermaßen wider dieß Gericht gehbt werden sollt, das den Personen, so jederzeit daran seyn werden, viel größer un-

lei-



## §. XXVIII.

Aut ideo forte Camera decursu temporis hoc Remedium ægrius tulit, quod ob effectum suspensivum, quem ante Re-cessum Imperii novissimum habuit & cessantes exeunte Sæculo decimo sexto Visitationes annuas sententiæ Camerales executioni dari non potuerunt, quod certe justitiæ Administrationi & Au- thoritati celsissimæ Cameræ summo fuit detrimento, ita ut quilibet salutis publicæ amans à Revisione ceu Remedio executionem suspensio si non omnis, saltem aliqualis causa fuit, cur supremum Cameræ Imperialis Collegium omnimodam Revisionis abolitionem desideraret, id quod ipsius verba in allegatis Considerationibus ad 6 & 7 satis innuunt: *Sey nichts nothwendiger, als daß demableins finis licium gemacht, und was in supremo Judicio einmahl geschlossen und decidiret, seinen würclichen Effectum erreiche, und ohne weitere Ausflucht exequirt und vollzogen werde.*

## §. XXIX.

Voluit quidem Confessus Visitationis novissimæ in Decretis suis d. 23. Nov. 1767. & 1769. in Sess. 315. ut Procuratores & Advocati ab interpositione revisionis præstandoque circa illas patrocinio non arcerentur, sed testante TAFFINGERO §. 1037. Camera huic resoluta non acquievit, & hodierna praxis testatur, quod Revisiones adhuc à Notariis interponantur.

## §. XXX.

---

leidentlicher Beschwermissen daraus folgen würden, und lehtlich kein Bidermann sich an dies Ort begeben, noch daran bleiben könnte, — —



## §. XXX.

Etsi itaque Procuratoribus ne hodie quidem in aliena causa Revisionis opem præstare liceat, ne à debito celsissimæ Camera respectu declinare videantur, & inde argumento à minori ad majus deducto concludere fas esset, multo minus personas Camerales in propria causa hoc Remedio uti posse; sequentibus tamen motus argumentis contrarium sentio.

## §. XXXI.

Revisio, quæ appellationi comparatur a) est remedium universale, id ergo omnibus competit, qui lege speciali excepti non sunt, nullibi vero personas Camerales exceptas leges. II. Revisio non est remedium odiosum, & sub hoc prætextu nemini denegandum. b) III. Etiam Visitatores eam pro odiosa habendam esse noluerunt, sed potius in Decreto suo eam personis Cameralibus concedendam esse expresse statuerunt. c) IV. Per exclusionem  
Pro-

a) O. C. 1555. P. 3. T. 35. §. 5. C. O. C. III. Tit. 63. §. 13. in fine — Gleichwie mit andern Unterrichtern von deren Urtheil appellirt wird.

b) Capit. Cæs. Art. 17. §. 2. — Wiewohl aber oberstandenermassen, daß Beneficium Revisionis & Supplicationis im Reich statt hat, und daher auch bey unserm Kaiserl. Reichshofrath wider dessen Erkenntnüsse oder unsere selbst eigene, aus Reichshofrätlichem Gutachten abgefaßte, daselbst publicirte Kaiserl. Resolutiones pro odioso oder unzulässig, durchaus nicht zu halten — niemand versagt — werden soll.

c) Decretum Visitationis de 9. Sept. 1774. — Wird die bey dem hohen Reichs-Visitations-Congress von denen Kammergerichts-Pro-  
E cura-



Procuratoris ab interpositione Revisionis in aliena causa partibus exiguum aut nullum potius inferitur præjudicium, cum eam per Notarium interponere possint, sed si personæ Camerales ab hoc remedio excluderentur, instantia privarentur. Dein notari meretur, quod si personæ Camerales hoc remedium in propria causa interponant, Juramentum revisionis in propriam earum animam præsterur, & per hoc æque ac per peccuniam succumbentiæ ex propriis solvendam à frivola hujus remedii interpositione summo-  
pere arceantur, & nonnisi sui juris quærendi causa eo utantur; cum econtrario causarum patroni, qui juramentum illud in alienam animam jurarent, & peccuniam succumbentiæ ex aliena peccunia depromerent, non raro lucri capiendi causa partes forsân ad ejus interpositionem potius excitaturi essent. a)

## §. XXXII.

Faventem habeo huic opinioni meæ observantiam, cujus probandæ ergo sufficiet, si bina & antiquissimi & novissimi temporis

---

curatoren Kosant und Haas unterm 4. May laufenden Jahrs, in Betreff der Kristischen Hausversteigerung angebrachte Beschwerde von dahier ab, und an das Reichskammergericht zur Recht- und Ordnungsmässigen Verfügung zurückverwiesen. Anbey dem Collegio überhaupt bedeutet denen Kammergerichts-Personen und angehörigen, das ohnehin nicht als odios anzusehende Remedium Revisionis in keine Wege zu erschwehren.

a) Idem sentit Consuliff. D. P. WILHELM CHRIST. ROTBERG Camerae Imperialis Advocatus in Themate inaugurali §. 16. de justa Revisionis Sententiarum Cameralium restrictione: Advocati enim, inquit, sicuti bene monente voto Brunsvicensi de 19. Febr. Anno 1644 ad protocollum dictato, ut plurimum primum movens & incitamentum ad appellandum ita per sepe etiam ad revidendum sunt.



poris allegavero Exempla. DECKHER jam meminuit, quod Anno 1672. in caussa Doctōris Knothen uxorio nomine Aētoris contra Dr. Joannem Reichardum Coppen Cameræ Advocatum interposita ab hoc Revisio sine contradictione admiffa fit. Et recentiffimæ adhuc memoriæ est interposita à supra laudato Domino de Brandt Revisio, quæ ea lege admiffa fuit, si jurasset, quod sibi ob sententiam a qua tantum abesse credat, quantum ad constituendam summam Revisibilem requiritur.

§. XXXIII.

Revisionem in caussis personarum Cameralium pariter admittunt TAFFINGER l. c. §. 1100, & de SCHELLWITZ. Hic quidem in allegata superius Dissertatione inaugurali eo processerat, ut etiam eo in casu, si revidens persona extranea, revisus vero Cameralis esset, revisioni locum esse negaret, sed mutata postea ob detecta noviter argumenta mente in observationibus suis de Remedio Revisionis Observatione secunda contrarium ingenue confessus est, cujus exemplum & ego imitabor, si aut per argumenta aut exempla circa has observationes meliora edoctus fuero.

*Emendanda:*

Pag. 14 lin. 3: pro illis — legatur — illis


Pag. 15 lin. 13: natalitias suas — legatur: natales.





Bei Verlegern dieses seynd auch folgende neue Bücher  
fertig worden und zu haben.

- Begriff des Rechts Circa Sacra, geistlichen Jurisdiction und Juris Patronatus, mit rechtlichen Bedenken. 4to.  
Beiträge zur neuesten deutschen Reichs- und Staats-Praxi, samt neuesten Reichsschlusse von 1777. 4to.  
— zu den deutschen Land- und Stadtrechten. 4to.  
Bericht von der Trennung der K. G. Visitation. 4to.  
Bostell (von) neue Methode die Reichsgerichtliche Rechtsgelahrtheit zu studiren. 4to.  
Gebaueri nova Juris Naturalis Historia. 8vo.  
Geßners, Craß. 2) Götthe Stella. 3) Julie. 4) Klopstocks Tod Abel und Adams. 5) Lessings, Miß Sara Sampson. 6) Sedaine Deserteur. 8vo.  
Die Hämorrhoiden, den Freunden dauerhafter Gesundheit gewidmet. 8vo.  
Klopstocks, neue Oden, welche in der Sammlung nicht enthalten. 8vo.  
Krygers, Gedanken vom Stadt- und Landnahrungsstande. 8vo.  
Lechneri, Syntagma Philologicum Erudit. 8vo.  
Mehleri, Institutiones Logicae Juridicae. 8vo.  
— vollständige Rechenkunst. 8vo.  
Schwab, Institutiones Diplomaticae. 8vo.  
Schweizers, allgemeinnützliche Hebammenordnung. 4to.  
Sydenham, tr. de Podagra & Hydrope. 8vo.  
Unterricht von der Policey-Wissenschaft. 8vo.  
Wachs, Compendium Praxeos Cameralis Systematicum. 4to.  
Wetzel & Ektor, Diatribe Juris Principum privati. 4to.  
Würffel, Anleitung zu der allerneuesten Praxi des Extrajudicial-Proceßes, nebst Sammlung von Kammergerichts- und Reichshofraths-Sachen. 4to.  
Zangen (von) Erörterung der Frage: ob die Gerichtsbarkeit der höchsten Reichsgerichte in denjenigen Sachen, welche miserable Personen angehen, besonders über mittelbare in der ersten Instanz begründet sey? 8vo.





No 1752<sup>h</sup>

No 1752<sup>h</sup>

VD 18


ULB Halle

005 724 937

3









09  
OBSERV  
PRAC

REMEDIIIS C  
TENTIAS CE  
MERÆ IN  
IN CA  
PERSONARUM

No 1752<sup>h</sup> ELABO  
PHILIPPO ERNE  
JURIS CAMERA



WETZL  
SUMMIBUS; PHILIPPI JACOBI

